



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Columbanus Conf. 21. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. COLUMBANUS CONF.

21. Novembris.

Ecce sub pedibus filii triumphatam matrem. Quid oculos avertitis filii molles, si Deus arridet? Nimis sic pugnandum est, cum mater in filium movet, non jam mater, sed hostis; cum lacrimæ classicum canunt, tela volant verba melle illita, trabales è pectore sagittæ gemitus veniunt, ferreum pectus penetraturi; cum insidias ubera detegunt, & uni tota acies (mater) se opponit. Perrupit tamen C O L U M B A N U S, & quod Christi militi Hieronymus suavit, per calcaram matrem ad victoriam sibi iter stravit, Religionique opima spolia ex parente tulit. Domito cognato hoste, quid mirum si virtuti lupi cesserunt; quos inter duodenos obambulantem C O L U M B A N U M ovem aurei saceruli putasses: sed & ursus antrum suum cessit fortiori. Unus Theodoricus Galliae rex monitis piis ausus est resistere, sed suo & posteritatis suæ interitu. Hoc igitur etiam triumphato, dux C O L U M B A N U S eorum factus est, qui in parentes calo auctore pugnant. His castra ille struxit cœnobia, & ne comœtu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annona fecit. Ut vero in obsequio

Tiro-



732 VITÆ SANCTORUM. 22. Nov  
Tirones exercebat, ægros è lectulo sur  
gere & flagellare frumentum iusit. Et  
verò laboris fructum sanitatem tulerunt.  
Mitto alia mira, sed non illud; ut sub  
jicere Christo plures animas allaboraret  
*Columbanus*, Angelum illi Tutelarem in  
membranâ orbem (magnum virtutis sta  
dium) ostendisse. Quid, ah! quid nos  
igitur agimus, quibus non jam unum,  
sed geminum stadium, geminum inquam  
orbem, Superi explicant? Ex *Ionâ*.

*Novem corporis nostri solvamus a littore  
mundano, secularis patriæ renunciemus cu  
ris, in Crucis arbore tota mentis vela ten  
damus, virtutum funibus, sapientia re  
mis, gubernaculis disciplinæ navigii nostri  
muniamus incessum.* S. Pet. Chrys. serm. 8.

S. CÆCILIA. V. & M.  
22. Novembris.

**S**I quæris, quod intercentibus orga  
nis CÆCILIA carmen dederit, il  
lud respondeo, quod una, quæ Agnum  
sequuntur, virgines sciunt modulari. I  
taque quo die homini in manus danda  
erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit,  
quo nobiliorem virginitas non habet  
zonam. Noctu sponsum Valerianum  
monuit, caveret pudori suo manus infer  
re, cuius longè fortissimum custodem  
è celo Angelum haberet. Hunc coram  
intueri cum ille percuperet, suasit impu  
ros